

SCHOLION IV.

Dissertationis ejusdem pag. 151. hanc velut meam Propositionem notant Religiosi Censores: *Extremis Vachio olim non erat in usu apud plures.*

R. Hæc propositio non est mea. Verumtamen Extremam-Unionem Sanctis hominibus olim conferri non solitam, scripti, idque probatur à Joanne Lautoio lib. *De Vachio Extrema*. id in exemplum attuli, non expendens an ea conveniens faceret Disciplina vel confusio. Mera facti quæstio est, ex cujus veritate vel falsitate nullum fieri potest adversus Catholicum Dogma præjudicium.

SCHOLION V.

Dissertationis ejusdem pag. 155. Religiosi Censores hanc velut meam propositionem notant. *Morientes inferiendi, lue infectis Martyres dicuntur.*

R. Hæc Propositio non est mea, qui S. Dionysii Alexandrini sententiam hic tantum refero his verbis: *Dionysius Alexandrinus plurimos ex fratribus & optimos quosque, quorum nonnulli Presbyteri erant ac Diaconi, mortem appetisse aut cum agrotos inviserent, & eis curam in Christo adhiberent: quod genus moris ob fidei pietatisque constantiam nequaquam Martyrio inferius censet.* Hæc tantum ego co loci, quæ ex ipsius S. Dionysii litteris ab Eusebio descriptis lib. vii. Historiæ Ecclesiasticæ cap. xx. accipi, quæ tantum hæc sunt verba: *Plurimi quidem ex fratribus nostris ob nimiam caritatem curam omnem propria salutis abijcientes, sibi quæ multo adulescentes, dum egros secure atque audacter inviserent, eisque assidue ministrabant, & curationem adhibebant in Christo, unde cum illis moris sunt, aliorum exultant libentissime se implentes.* Et hoc quidem pacto optimi quique ex fratribus nostris, quorum nonnulli Presbyteri erant ac Diaconi, & ex populo laudatissimus quisque, mortem opteterunt: adeo ut genus hoc moris ob pietatem fideique constantiam nequaquam inferius Martyrio censetur. Hæc S. Dionysii Alexandrinus. Tanti Episcopi, tam erudit, tam Sancti Martyris referendo sententiam, de meo nihil addendo, quid erravi? Me certe erroris hac in re magis arguere non possunt Religiosi Censores, quàm Romanum Martyrologium, in quo pridie Kalendas Martii hæc leguntur: *Alexandria, commemoratio Sanctorum Presbyterorum, Diaconorum, & aliorum plurimorum, qui tempore Valeriani Imperatoris, cum pestis saevissima grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, libentissime moriem opteterunt, quos velut Martyres religiose pio rum fides venerat, censuit.* Hæc Romanum Martyrologium. Me erroris magis arguere non possunt quàm Baronium Cardinalem Tom. II. Annalium, ad annum 263. notum commemorat quæ tunc Alexandria sævit, peste, & horum Christianorum heroica caritatis pleno fauore, Num. 17. ita narrationem concludit: *Porro adeo remansit illiusvis illorum memoria, qui fraternæ caritatis causa mortem libentissime opteterunt, ut eorum omnium anniversaria celebrantur recolenda Tabulis Ecclesiasticis adscripta sit pridie Kalendas Martii. Me potius erroris arguere non possunt, quàm Joannem Molanum Lovaniensem Theologum in Diano Medico-Ecclesiastico ad altem xxviii. Februarii, ubi Sanctorum Martyrum Alexandrinorum Elogium in Romano Martyrologio exaratum ita ponderat: *Locus hic valde memorabilis est pro omnibus iis, qui tempore pestilentia agrotantibus aut spiritaliter aut corporaliter, officiose & inuitis pietatis, assistunt. Me potius erroris arguere non possunt quàm Bollandum & Henschenium in Actis Sanctorum Mensis Februarii Tomo III. ad diem xxviii. pag. 720. ubi hic legitur titulus: DE SANCTIS MARTYRIBUS ALEXANDRINIS, PRESBYTERIS, DIACONIS, LAICIS, QUI PESTE LABORANTIBUS MINISTRANTES EADEM ET IPSI EXTINCTI SUNT: Commentarius Historicus. Quo in Commentario hæc habent: *Conscripti sunt super variis viris eruditissimis Commemantarii, in quibus de hoc caritatis Martyrie asseritur, aliis asserentibus eos, qui ita infirmis ministrando pestem contraxerint, mortemque opteterint, verè Martyres esse: aliis acerbè refragantibus. Fatentur illi tamen, donec Ecclesia de eorum moris causa modòque cognoverit, tuleritque sententiam, publico hoc cultu prosequi non licere: æquum tamen esse, ut cum ad rationem disciplina Ecclesiastica initio examine, de eorum orthodoxa fide, caritate in Deum, suscepti ejus Ministerii causis, morisque in eo Christianè obita confiteretur, Martyres pronuntietur: quando major dilectio esse non possit, quàm ut animam quis pro amicis ponat. Enimvero si sentire de Deo in bonitate volumus, fatemur necesse esse, ab ejus infinita liberalitate alienum esse, ut illos patienter ipsos eandem vitam perdere, occasionemque plura deinceps beneficia cumulandi, & non illis eos premio muneretur. An tamen ipso opere, ut dicitur, siue***

A *perpeffime mortis, & non pro modo & intentione caritatis ita morientibus gratia gloriæque tribuatur uti iis qui pro fides, justitia, castitatis alteriusve Christiana virtutis defensione, illam ab hominibus moriem, mente celesti afflata preparata, exceperint & alii dispuent. Nam est nostri hæc instituti aut oti prolixius id perirare. Hæc Religiosi & eruditi illi viri. Nec ego quæstionem illam attigi, solum factum eo loci retuli, & S. Dionysii Alexandrini sententiam. Nullum Martyrem coli posse censo, nisi ab Ecclesia, siue à Romano Pontifice vindicatum, id est, in Sanctorum Martyrum album relatum, Quid ultra volunt Religiosi Cen-*

B

SCHOLION VI.

Dissertationis ejusdem pag. 160. Religiosi Censores hanc Propositionem notant velut meam: *Primis sæculis nullus confitebatur qui sola venialia habebat.*

R. Non ita concepta est Propositio mea, sed his verbis: *Confessio venialium non erat in usu prioribus sæculis: quod sic intelligi velim, ut non ita frequens fuerit venialium Confessio primis sæculis Ecclesiæ. Quod eum raro fit, usitatum propriè non dicitur. Cæterum mera hæc facti quæstio est, non dogmatis. Censo enim, credo, & duco eum cum Ecclesia, Venialia rectè & utiliter, citraque omnem presumptionem in Confessione dici, ut piorum hominum usus demonstrat. Taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari posse, certum est. Sic loquor, pious credo, cum Sacra Synodo Tridentina Sessione xiv. cap. v. Usitatum passim fuisse venialium peccatorum Confessionem quatuor saltem primis nominis Christiani sæculis, nulla Sacre Antiquitatis Monumenta probant. Fieri potuisse non nego. Legere poterant Religiosi Censores quæ de hoc argumento scripsit vir religiosus & eruditus Dom. Joannes Mabillonius in præfatione Sæculi III. Benedictini, quod est à Christo nato octavum, Observatione xxiii. Num. 90. & Observatione xxiv. Num. 95. Lege (inquit) Acta Sanctæ Segolena Abbatissæ, quæ omnia vita sua errata, quantumvis levissima, Monacho Presbytero confessa est. Tamest eo tempore, quo nec lum venialium culpæ frequens erat Confessio Sacramentalis, Sanctionales raris forsitan Presbyteris quàm Abbatissis conscientias suas denudabant. Et ultra, obervare Regionem Prumienicam Abbatem libri II. cap. v. referre inter ea de quibus Episcopus in Synodo interrogare debet, Si aliquis ad Confessionem non veniat vel una vice in anno, id est, in Capite Quadragesimæ, & Penitentiam pro peccatis suis suscipiat. His, inquit, accedit Gilbertus Lunensis Episcopus in Epistola quadam de Statu Ecclesiæ scribens, Absolvi Præsul populum de venialibus in Capite jejuniis, de criminalibus in Cena Domini. Quibus in locis tam apud Regionem, quàm apud Gilbertum, Mabillonius observat. Venialium peccatorum nomine intelligenda esse leviora peccata moralia, quæ publica Penitentia obnoxia non erant, tamest tunicam in Baptismo acceptam maculâ suâ polluebant: Non verò peccata illa levissima quæ Recentiores appellant venialia. De his enim per ea tempora passim non ferebat Confessio Sacerdoti. Et post multa Num. 95. Vigebat enim initio Sæculi quinti decimi moris ille reus: à quibus peccata venialia, ut constat ex Serpione quodam Radulphi Ardentis in Litania Majore. Tamest jamdudum Sacramentalis Confessio venialium inducta erat, saltem apud Monachos. De hac Confessione & interpretandi sunt Petrus Damiani, Petrus de Honeftis, Guillelmus Abbas Monasterii S. Theodorici, uti & S. Bonaventura, quorum testimonia hoc locis expendenda. . . . In Actis Sanctæ Segolena Abbatissæ hic editis extat longè vetustius exemplum Confessionis venialium errorum: SEGOLENA quippe cuidam Mona-*

D

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

A

B

C

D

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

SCHOLION VII.

Dissertationis ejusdem pag. 199. Religiosi Censores hanc Propositionem notant: *Tempore S. Leonis, in Campania abrogata fuit consuetudo confitendi publicè singula peccata.*

R. Confessionem publicam peccatorum, cuius consuetudo in aliquo Campaniæ angulo invaluerat, S. Leonem Magnum prohibuisse scripsi. Id Religiosi Censores reprehensione dignum non existimarent, si attendissent ad S. Leonis Epistolam cxxxvi. aliàs lxxx. ad universos Episcopos per Campaniam, Samnium & Picenum confectos, in qua Sanctus Pontifex id testatur. Illam etiam contra Apostolicam

N n n n iij

R gulam